Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

nos et te precando quatenus dignos efficiant et ad remu-
nerationem perducant eternam Per dnm Lectio daniel prophete ·
In diebus illis · Congregati sunt babilonii ad regem
et dixerunt ei · Tradere nobis danielem: qui bel destru-
xit et draconem interfecit · Alioquin interficiemus te et domu
tuam · Vidit ergo rex quod irruerunt in eum vehe-
menter: et necessitate compulsus tradidit eis daniele
Qui miserunt eum in lacum leonum: et erat ibi
diebus sex · Porro in lacu erant leones septem: et da-
bantur eis cotidie duo corpora et due oves: et tunc
non data sunt eis ut devorarent danielem · Erat aut
abacuc propheta in iudea et ipse coquebat pulmentum
et intinxerat panes in alveolo: et ibat in campum
ut ferret messoribus · Dixitque angelus domini ad abac-
uc · Fer prandium quod habes in babilone daniele
qui est in lacu leonum · Et dixit abacuc · Dne ba-
bilonem non vidi · et lacum nescio · Et apprehendit eum
angelus dni in vertice eius · Et portavit eum capillo capi-
tis sui · posuitque eum in babilone super lacum in impe-
tu spiritus sui · Et clamavit abacuc dicens · Daniel ser-
ve dei · Tolle prandium quod misit tibi deus · et ait da-
niel · Recordatus es eri mei dne ds meus: et non de-
reliquisti diligentes te · Surgensque daniel comedit · Por-
ro angelus dei restituit abacuc confestim in locum
suum · Venit ergo rex die septima ut lugeret daniele
et venit ad lacum et intro spexit · Et ecce daniel sedens
in medio leonum · Et exclamavit rex voce magna di-
cens · Magnus es dne deus danielis · Et extraxit eum
de lacu: illos aut qui porrectus eius causa fuerat in
convivium in lacum · et devorati sunt in momento coram